

Band II., Nr. 360, Seite 111-113

Papst Hadrian IV. nimmt das Kloster St. Blasien in seinen Schutz und bestätigt und erweitert dessen von seinen Vorgängern verliehene Vergünstigungen.

Lateran, 1157. Juni 8.

Adrianus episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio Gunthero, abbati monasterii sancti Blasii, quod in Constantiensi episcopatu, in loco videlicet qui Nigra Silva dicitur situm est, eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Iustis religiosorum desideriis consentire ac rationabilibus eorum postulationibus clementer annuere, apostolicę sedis, cui largiente domino deservimus, auctoritas et fraternę caritatis unitas nos hortatur. Quocirca, dilecte in domino fili Gunthere abbas, tuis iustis petitionibus gratum impertientes assensum, prefatum beati Blasii monasterium, cui deo auctore preesse dinosceris, ad exemplar predecessoris nostri, felicis memorie pape Innocentii, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Ochsinsusin cellam cum ecclesiis ad eam pertinentibus: Rainsteten, Mittilbuc¹, ecclesia de Berichem, ecclesia de Tanhem, ecclesia de Arla², ecclesia de Horsenhusen, ecclesia de Wolpach³, et aliis ecclesiis cum pertinentiis earum. Cellam Berowa^a cum ecclesiis ad eam pertinentibus, id est Berowa^a, Nuchilca⁴, cum ceteris ecclesiis eiusdem celle. Cellam Witinowa cum ecclesiis suis, Wiselat videlicet, Tenniberc. Cellam Burgelun cum ecclesiis suis, Eggenheim⁵ scilicet, Sichenilcha, Chaltenbach cum eo iure et potestate in decimis accipiendis et in aliis que venerabilis frater noster Hermannus, Constantiensis episcopus, monachis de Burgulun rationabiliter noscitur concessisse et scripto suo confirmasse. Cellam Wizilinchouin, ecclesias quoque

^aVor *Berowa* steht im Original statt *id est* ein *ide* mit Abkürzungsstrich über dem *e*. Hinter *Berowa* ist ein Wort ausgelöscht.

¹Ober-, Mittel- und Unterbuch, Wain, BC, nicht Mittelbuch, Ochsenhausen, BC.

²Arlach, nicht Arlen.

³Goldbach, nicht Wolfach oder Wollbach.

⁴Vermutlich Neukirch, Rottweil, RW, nicht Neunkirch, Kt. Schaffhausen, Schweiz.

⁵Ober- und Niedereggenen.

II

Batemaringin cum subdita sibi ecclesia Möicheim, Steina, Brambach, Rieheim, Eueringin, Högelheim, Rotwilo⁶, Grizheim⁷, Sneisanc⁸, Stallinchouin, Chilotorf, Tögingin, Guldelwanc, Nallingin, Plochingin, Buron⁹, Brunnon¹⁰, Luuingin, Entiliböch, Swercin, Waremöndisrit, ceterasque ecclesias cum omnibus earum pertinentiis. Sane novalium vestrorum, quę propriis manibus aut sumtibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino a vobis decimas exigere presumat. Statuimus etiam, ut in parrochialibus ecclesiis, quas tenetis, sacerdotes idoneos eligatis et episcopo presentetis, quibus, si idonei fuerint, episcopus animarum curam absque contradictione committat, ut de plebis quidem cura episcopo rationem reddant, vobis autem pro rebus temporalibus ad ipsum monasterium pertinentibus debitam subiectionem exhibeant. Crisma vero, oleum sacrum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, et cetera ad episcopale officium pertinentia a Constantiensi episcopo, in cuius diocesi estis, accipietis, si tamen catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, et ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem et ab eo consecrationum sacramenta recipere, qui nimirum nostra fultus auctoritate que postulantur indulgeat. Sepulturam quoque eiusdem loci liberam omnino esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati^b sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia matricis ecclesię. Porro clericos sive laicos liberos et absolutos ad conversionem suscipere nullius episcopi vel prepositi contradictio vos inhibeat. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Cellam quoque de silva Suarzewalt a sancto Reginberto constructam vestro monasterio confirmamus, cum omnibus possessionibus, prediis et terris ad ipsam pertinentibus. Insuper dispositionem illam, quam bone memorie Henricus quartus imperator et Lotharius rex de monasterii vestri libertate et advocatia constituerunt, et predecessores nostri, felicitatis recordationis Calixtus, Honorius et Innocentius, Romanorum pontifices, episcoporum et cardinalium deliberatione firmarunt, vobis nichilominus confirmamus, ut videlicet in advocati electione abbas libe-

^bHinter *excommunicati* im Original ein Wort ausgelöscht.

⁶Ober- und Niederrotweil.

⁷Grießen, nicht Griesheim.

⁸Ober- und Unterschneisingen.

⁹Eher Nassenbeuren, nicht Edelbeuren oder Beuron.

¹⁰Bronnen, Biberach an der Riß, BC, nicht Bronnen, Achstetten, BC.

III

ram habeat potestatem cum fratrum suorum consilio talem eligere, quem ad defensionem libertatis monasterii bonum et utilem esse cognoverit, qui non pro terreno commodo, sed pro dei amore et peccatorum suorum venia, nec non et eterne benedictionis mercede advocatiam ipsam bene habere cupiat et tractare. Si autem calumpniator potius quam a[d]vocatus existens monasterii bona pervaserit, et non magis ea defenderit, et semel et secundo tertiove conmonitus nullatenus emendaverit, abbas habeat facultatem cum fratrum consilio alium sibi statuere advocatum utiliozem, quatinus, sicut a prefato Henrico imperatore et a Lothario rege iudicio diffinitum est, cenobii vestri libertas modis omnibus a iure Basiliensis ecclesie sit aliena. Ad indicium autem huius a sede apostolica perceptę tuitionis et concessę vestro monasterio libertatis aureum unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvētis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove conmonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesv Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesv Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

 (*Rundzeichen.*)^c Ego Adrianus, catholicę ecclesię episcopus, subscripsi. (*Monogramm für Bene valet.*)

 + Ego Gregorius, Sabinensis episcopus, subscripsi. + Ego Manfredus, presbyter cardinalis tituli sancte Savine, subscripsi. + Ego Iulius, presbyter cardinalis tituli sancti Marcelli, subscripsi. + Ego Hubaldus, presbyter cardinalis tituli sanctę crucis in Ierusalem, subscripsi. + Ego Octavianus, presbyter cardinalis tituli sancte Cecilie, subscripsi. + Ego Gerardus, presbyter cardinalis tituli sancti Stephani in Celio monte, subscripsi. + Ego Henricus, presbyter cardinalis tituli sanctorum Nerei et Achillei, subscripsi. + Ego Ildebrandus, presbyter cardinalis basilicę XII apostolorum, subscripsi. + Ego Odo, diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum, subscripsi. + Ego Boso, diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani, subscripsi. + Ego Albertus, diaconus cardinalis sancti Adriani, subscripsi.

 Datum Laterani per ma-

^cMit der Umschrift *Oculi mei semper ad dominum.*

IV

num Rolandi, sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, VI. idus Ivnii, indictione V., incarnationis dominice anno MCLVII., pontificatus domni Adriani pape IIII. anno tertio.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Die dazu gehörige Bulle ist verloren.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

B 25

Editionen:

MARTIN GERBERT: *Historia Nigrae Silvae ordinis Sancti Benedicti coloniae*, 3 Bde., Sankt Blasien 1783-1788. [Neuaufgabe unter dem Titel: *Geschichte des Schwarzwaldes*, aus dem lat. Originaltext übersetzt von Adalbert Weh, 2 Bde., Freiburg i.Br. 1993-96], Bd. 3, S. 82 ff., Nr. 55. JACQUES-PAUL MIGNE (HRSG.) : *Patrologiae cursus completus [...]* Serie latina, Bd. 1 ff., Paris 1844 ff, Bd. 188, Sp. 1510, Nr. 134. UB St. Blasien, Bd. 1, S. 269–273, Nr. 203.

Regesten:

CARL GEORGE DÜMGÉ: *Regesta Badensia*. Urkunden des Großherzoglichen Badischen General-Landes-Archives von den ältesten bis zum Schlusse des zwölften Jahrhunderts, die im Drucke bereits erschienenen nach ihrem wesentlichen Inhalte mit Anzeige und kurzer Wür, S. 47 f. PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII*, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 10290. ALBERT BRACKMANN (HRSG.): *Germania pontificia*, Bd. 1: *Provincia Salisburgensis et episcopatus Tridentinus*, Bd. 2,1: *Provincia Maguntinensis: Dioeceses Eichstetensis, Augustensis, Constantiensis I*, Band 2,2: *Helvetia pontificia*, Band 3: *Provincia Maguntine*, Bd. 2,1, S. 177 f., S. 23. *Urkundenbuch der Stadt Basel*, hrsg. Von der Historischen und Antiquarischen Gesellschaft zu Basel, bearb. von Rudolf Wackernagel, 11 Bde., Basel 1890-1910, Bd. 1, S. 29, Nr. 37. JAKOB ESCHER, PAUL SCHWEIZER (BEARB.): *Urkundenbuch der Stadt und Landschaft Zürich*, hrsg. Von einer Kommission der antiquarischen Gesellschaft in Zürich, Reihe 1: 13 Bde., Zürich 1888-1957, Bd. 1, S. 192, Nr. 311. *Repertorium schweizergeschichtlicher Quellen*, Abt. 1, Bd. 1, S. 11, Nr. 63 und S. 17, Nr. 72 (Vidimus von 1510).

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lateran

Ortsindex:

Arlach Wohnplatz (17682)
 Arlach, Tannheim, BC
 Arlen Wohnplatz (14804)
 Arlen, Rielasingen-Worblingen, KN
 Basel, Kt. Basel-Stadt, Schweiz
 Berau Wohnplatz (15788)
 Berau, Ühlingen-Birkendorf, WT
 Berkheim Wohnplatz (17097)
 Berkheim, BC
 Bettmaringen Wohnplatz (15616)
 Bettmaringen, Stühlingen, WT
 Beuron Wohnplatz (21033)
 Beuron, SIG
 Brombach Wohnplatz (14913)
 Brombach, Lörrach, LÖ
 Bronnen Wohnplatz (17029)
 Bronnen Wohnplatz (17115)
 Bronnen, Achstetten, BC
 Bronnen, Biberach an der Riß, BC
 Bürgeln Wüstung (23659)
 Bürgeln, Ühlingen-Birkendorf, WT, W
 Demberg : Wies, Kleines Wiesental LÖ
 Demberg Wohnplatz (15202)
 Edelbeuren Wohnplatz (17257)
 Edelbeuren, Erolzheim, BC
 Efringen-Kirchen LÖ
 Efringen-Kirchen Gemeinde (14841)
 Entlebuch, Kt. Luzern, Schweiz
 Goldbach Wohnplatz (17424)
 Goldbach, Ochsenhausen, BC
 Griesheim Wohnplatz (11486)
 Griesheim, Offenburg, OG
 Grießen Wohnplatz (15494)
 Grießen, Klettgau, WT
 Gündelwangen Wohnplatz (15295)
 Gündelwangen, Bonndorf im Schwarzwald, WT
 Hügelheim Wohnplatz (8696)
 Hügelheim, Müllheim, FR
 Jerusalem, Israel
 Kaltenbach Wohnplatz (15159)
 Kaltenbach, Malsburg-Marzell, LÖ
 Kirchdorf, Obersiggenthal, Kt. Aargau, Schweiz
 Kloster Weitenau Wohnplatz (15049)
 Kloster Weitenau, Steinen, LÖ
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Löffingen Wohnplatz (8656)
 Löffingen, FR
 Mauchen Wohnplatz (15628)
 Mauchen, Stühlingen, WT
 Mittelbuch Wohnplatz (17444)
 Mittelbuch Wüstung (26384)
 Mittelbuch, Ochsenhausen, BC
 Mittelbuch, Wain, BC, W
 Nassenbeuren, Mindelheim, MN
 Nellingen Wohnplatz (545)
 Nellingen, Ostfildern, ES
 Neukirch Wohnplatz (12411)
 Neukirch, Rottweil, RW
 Neunkirch, Kt. Schaffhausen, Schweiz

VII

Nidereggenen Wohnplatz (14974)
 Nidereggenen, Schliengen, LÖ
 Niederrotweil Wohnplatz (9541)
 Niederrotweil, Vogtsburg im Kaiserstuhl, FR
 Oberbuch Wohnplatz (17738)
 Oberbuch, Wain, BC
 Obereggenen Wohnplatz (14975)
 Obereggenen, Schliengen, LÖ
 Oberrotweil Wohnplatz (9543)
 Oberrotweil, Vogtsburg im Kaiserstuhl, FR
 Oberschneisingen, Schneisingen, Kt. Aargau, Schweiz
 Ochsenhausen Wohnplatz (17448)
 Ochsenhausen, BC
 Orsenhausen Wohnplatz (17591)
 Orsenhausen, Schwendi, BC
 Plochingen Wohnplatz (440)
 Plochingen, ES
 Reinstetten Wohnplatz (17449)
 Reinstetten, Ochsenhausen, BC
 Riehen, Kt. Basel-Stadt, Schweiz
 Rom, Latium, Italien
 Sabina
 Schwarzwald
 Schwerzen Wohnplatz (15709)
 Schwerzen, Wütöschingen, WT
 Sitzenkirch Wohnplatz (14903)
 Sitzenkirch, Kandern, LÖ
 St. Blasien Wohnplatz (15605)
 St. Blasien, WT
 Stallikon, Kt. Zürich, Schweiz
 Steinen Wohnplatz (15057)
 Steinen, LÖ
 Tannheim Wohnplatz (17692)
 Tannheim, BC
 Thayngen, Kt. Schaffhausen, Schweiz
 Unterbuch Wohnplatz (17741)
 Unterbuch, Wain, BC
 Unterschneisingen, Schneisingen, Kt. Aargau, Schweiz
 Waldshut Wohnplatz (15770)
 Waldshut, Waldshut-Tiengen, WT
 Warmisried, Unteregg, MN
 Wieslet : Kleines Wiesental LÖ
 Wieslet Wohnplatz (15242)
 Wislikofen, Kt. Aargau, Schweiz
 Wolfach Wohnplatz (12069)
 Wolfach, OG
 Wollbach, Zusmarshausen, A